

Franckesche Stiftungen zu Halle

Specimen Arcani Formarum Nominum Hebr. Ad Viros Summe Reverendum Dn. Dan. Ern. Jablonski, SS. Theol. D. Potentissimo Porussorum Regi A Concionibus Et ...

Simonis, Johann

Halae Magdeburgicae, MDCCXXX.

VD18 13485601

Abschnitt

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-202810



I. N. J.



Umanissimæ literæ Tuæ, VIR SUMME REVERENDE! quibus *Dissertatiunculam* meam *Epistolicam* de *Significatione Nominum Hebr. Formali* excipere dignatus fuisti, tantopere me excitarunt, ut inceptam illam *Disquisitionem* ulterius persecutus præsentique Specimine gravissima Tua negotia interpellare denuo ausus sim. Deessem vero officio meo, si hunc studiorum meorum fructum non etiam Tibi, VIR PLURIMUM REVERENDE! quem nuper sibi ereptum nostræ ludent Musæ, simul acceptum referrem. Tibi prima literaturæ Hebraicæ debeo initia; Tu meis hac in re conatibus primus annuisti. Tam æquos itaque opellæ meæ nactus Iudices, nunc paulo confidentius eam tractare incipio, *Arcani* quoque nomine inscripam. Quodsi enim LUD. CAPPELLUS suum *Arcanum punctationis Hebr. revelatum*, & MATTHÆUS HILLERUS *Arcanum Kethibb & Kri* hōc nominis insigniri posse judicarunt,

A 2

quidni

quidni & meus ille fœtus eodem nomine venire queat? Quo longius sane progredior, eo profundius in intima Hebraismi penetralia penetror, eoque plura passim observo, quibus linguam S. pristino suo decori non parum restitui, & sacro V. T. Textui maximam lucem affundi posse arbitror.

En igitur Vobis, VIRI in tali literatura incomparabiles! novum hoc inventi mei Specimen, quod gravissimo Vestro iudicio denuo subijcio.

Ex quo tempore explanavi *Heemanticum* initiale, (cui sensum *Præfixi* ב, incluso simul *Pronomine Relat.* וְ, inesse comperi,) & ו, quod dixi *Prolongationis* s. *Extensionis*, idque ratione vel *Loci* & *Quantitatis*, a) vel *Temporis*: ad reliqua *Aucta* perrexi, ubi se primo obtulerunt *Aucta* ab initio per literas ו & ו, quarum significatum tutissime erui posse credebam, si in subsidium vocarem *Præformantes Futurorum*. Ibi ergo cum viderem, ו & ו habere notionem *Futuritionis*, (liceat cum Scholasticis ita loqui,) eandem quoque competere literis istis, ubi pro *Heemanticis* veniunt, non sine ratione statui, confirmatus insuper inductione exemplorum, quibus singulis dicta significatio convenit. Quid vero differant ו & ו, nondum compertum habeo; convenire potius utrumque, exinde patet, quod sensu eodem dicatur וַיִּבֹּל & וַיִּבֹּל *fluvius perennis*, *ἀέκκωτος*.

Sunt

- a) Cujus rei exempla adduxi תהליכה *processio longa*, חותך *fustis longus*, כותך *contus*, כרית *vestimentum longum*, סולא *stola*, המס *liquefactio longe protracta*, qualis testudinum reptantium esse solet Ps. LVIII. 9. תעלה *canalis longus*, תשבץ *tunica intertexta longa* &c.

Sunt itaque ex parte ejusdem naturæ cum ה *Ex-*
tensivo Temporis, notantque *Futuritionem*, vel saltem
Intentionem rei futura, sed & insuper *Durationem*,
Continuitatem, *Successionem*, *Consistentiam*, quæ sunt
 quasi continua quædam *Futuritio*. Singula sequentibus
 declaro exemplis. הָיוֹתָ *indicatio futura*, sicut הָיוֹתָ
mors futura & instans, הַחֲנוּתָ *castrametatio futura*,
 qua intenditur, 2. Reg. VI. 8. אֲבִיבִים *melones*, succes-
 sive per terram sese expandentes, eique ad maturita-
 tem usque incumbentes, rad. Hebr. proprie inniti,
 Arab. pronum conijcere: *expandere*, in Conj. 5. per
 planitiem diffundi. אֵיתָן in genere *res continuo subsi-*
stens, perennis, indefinens, ut Arab. وَاقַן, à rad. وَثَقَ
perennis & indefinens fuit, alias fere اَقَامَ *stetit, sub-*
stitit. תָּמִיד *perpetuitas, extensio vel prolongatio temporis*,
 & adverb. *perpetuo, jugiter*, Arab. اَمَدًا à rad. اَمَدَ ,
extendit, prolongavit. b) אֲסֹף *vas, cui aliquid infun-*
ditur in futurum reservandum, אֲסָם *horreum, in quo*
frumentum in futurum reponitur, à שָׂם *ponere*, quod
 spec. de repositione in futurum usurpatur in N. T. Syr.
 Matth. VI. 19. Convenit Arab. سَامَّ *recondidit*. Ea-
 dem Formæ ratio est in הָיוֹתָ *Levit. V. 21. quod in*
 futu-

A 3

- b) Vulgus Lexicographorum putat, הָ esse radicale, quibus תָּמִיד est *perpetuus, jugis*. Sed meam Etymologiam confirmat 1.) prompta *Significationis Formalis* ex Arabismo petita ratio, 2.) quod nullibi in scem. flectatur, 3.) quod cum præced. Substantivo per Regimen construatur. Inde Rabbinii pro more fecerunt novum Verbum in Hiph. הִתְמִיד *continuavit*.

futurum reponitur, depositum, c) אֲשַׁפּוֹת & אֲשַׁפּוֹת
sterquilinum, locus, ubi quisquiliæ & stercora reponun-
tur & reposita servantur, à שָׁפַח ponere, reponere.
יִלְקוּטַּי pira, in quam res colliguntur & collectæ in futu-
rum asservantur. אֲרֵרָה indigena, manens & vivens, ubi
ortus est. Eadem Formæ ratio est in חוֹשֶׁב. אֲצַפֵּעַ
digitus, ita dictus, quod annulo (qui inde dicitur מִכְבַּע)
infigatur & infixus maneat, à rad. צָבַע Chald. & Syr.
intinxit, Arab. immersit, infixit, Hebr. טָבַע. אֲרֵבָה
locusta, successive & continuo se multiplicans. אֲפַעָה &
(ablato ה ultimo, sicut in מַעַל &c.) אֲפַעָה vipera, ab
indefinito sibilo, rad. פָּעָה clamavit, vel sibilavit ut
Æthiop. ለጸፆ: אֲקוֹ (pro אֲנָקוֹ) animal clamosum,
continuo clamans, à rad. ለጸፆ: Arab. نى
sonuit, clamavit. BOCHARTO est species hirci sylvestris,
qui derivat ab אֲנָק, sensu quidem eodem; sed unde sic i
in fine? d) אֲשַׁכּוֹרָה successive maturescendo nigre-
scens, à rad. Arab. نكش nigrescens maturescere cæpit
nva. חִירוֹשׁ mustum, vinum, potatum successive homi-
nis occupans cerebrum, rad. יָרַשׁ occupare: possidere.
יֶצֶהֶר oleum, à luce s. splendore durante, quem præstat,
rad. inusit. צָהַר, alias זָהַר, splenduit, luxit. יָרִיב & יָרִיב
litigiosus, qui non desinit litigare. Plura adducere super-
vaca-

c) In regim. תְּשׁוּמָה & retracto accentu תְּשׁוּמָה, ut le-
ctum fuit in Codice Hilleliano, pro quo hodie vulgo
legitur תְּשׁוּמָה, sed sine simili exemplo.

d) Dixi alibi, Nomina Animalium singulari jure respue-
re Significationem Formalem, quod intellectum volo de
solis Nudis, ὀνομαστικῶς Adamiticam ac primævam
linguæ simplicitatem magis redolentibus.

vacaneum esset. Duo saltem memoranda restant,
 1.) ejusdem Formæ quoque esse יהוה nomen *Entis*
Æterni, omnem durationem modo perfectissimo possiden-
 tis & q. habitantis. Jes. LVII. 15. Habemus ergo,
 quid sibi velit jod in יהוה. Controversiam vero de
 punctis יהוה meam hîc non facio, cum punctorum,
 excepto solo Dages forti, hîc & in aliis *Auctis* nulla
 habeatur ratio; secus quam fit in Nominibus *Nudis*.
 2.) Multas gemmas his Formis notari, quod sint *lapi-*
des maxime durabiles & consistentes, ut יהלום *adamas*,
 נחלמה vulgo *amethystus*, (rad. *integer, solidus, vali-*
duus fuit), נקרה *carbunculus*, יספה *jaspis*, ab Arab.
 شفا apparuit, alias شفا *transparuit*, pellucidus fuit,
 חרשיב *chrysolitus*, à rad. Syr. حرس contudit,
 (eadem etymi ratione ut יהלום ab הלם) vel ab Arab.
 حرس *firmus fuit*. Aliud est nomen proprium urbis
 à conditore (Gen. X. 4.) dictæ, vulgo Tartessum volunt.
 Sequuntur nunc *Aucta* rariora, quatuor per ה ex Conj.
 Hiph. duo vel tria per נ ex Niph. & unum ex Hithpah.
 singula ex Conjugatione sua æstimanda. De *Auctis* per ה
 in specie notandum, 1.) quod usitata sint solis Scriptori-
 bus divinis, qui circa & post Captivitatem Babylonicam
 vixerunt, usitatissima vero Rabbinis, 2.) quod adhibita
 occurrant, quando Conj. Kal *intransitiva* vel plane in-
 usitata est, ut הנחה *tranquillatio*, ex Hiph. *quiescere*
fecit, quietem dedit, העלה *ereptio*, ex Hiph. העיל *eripuit* &c.
 Prisciores hoc sensu usurparunt Formam
Auctorum per מ: quo observato multis vocibus lux af-
 funditur, e. g. Nah. II. II. בוקה ומבוקה i. e. *vacuitas*
 & *evacuatio*: מבוקה est actus, quo quid vacuum fit, h. e.
evacuatio, rad. בוק vacuum esse vel fieri; sic ומשואה
 vasti-

vastitas (*status vastus*) & *vastatio* Zeph. I. 15. & solitâ metonym. *vastum* & *vastatum* Job. XXX. 3. משואה est actus, quo aliquid *vastum* fit, h. e. *vastatio*, rad. שואה *vastum* esse vel fieri; מהלל actus, quo metallum splendidum redditur, defecatio, Prov. XXVII. 21. e) rad. apud Arabes residua in sensu *splendendi*, in Hiph. *splendere fecit*, *splendidum reddidit* Job. XXIX. 3. c. XLI. 9. &c. His speciminis loco adductis, ad *Aucta à fine* progredior, quorum notissima sunt *Aucta* per ם, præcedente vel (•) vel ך. Quid sibi velit illud ם, nova indagatione non adeo indiget. Inculcant passim, esse *Augmentativum* significationis, quod HILLERUS, in quem post proprias meditationes incidi, in *Onomast. S.* p. 170. quatuor argumentis adstruit. *Augmentum* autem illud bifariam concipiendum est. Aut enim ם est nude *Intensivum*, ut in אמן vel אמן plane verum, certissimum, & adverb. certissime, ab אמן veritas; דומם, plane tacitus, mutus, à דום siluit. דרום meridies, auster, regio cœli lucidissima, derivo à rad. Arab. دلّ vel دلّ clare luxit, fulsit, sicut צהר à צהר, luxit, splenduit, ut contra צפון aquilo ab abscondendo. חרטם Magus, vel a multa scientia, ex mente CASTELLI, coll. Pers. خرد intellectus, (permutatis ד & ט) vel à summa solertia, coll. Hebr. חרץ acer fuit, Arab. per Dad, solers in arte fuit. שפם mystax, mentum, pars faciei omnium extrema, à ספה finire, absolvi, unde & שפה extremitas, finis, ora, spec. I.) labium,

e) Cujus loci sensus est: *Vas fusorium est pro argento, & fornax pro auro, & unumquodque pro ratione excœctionis vel defecationis sue, i. e. quantum opus est*, (Exod. XII, 4.) ut splendidum reddatur.

[oris] bium, |extremitas, 2.) fimbria, ora vestis, 3.) litus, 4.) limes, &c. Aut ם illud *Augmentativum* est *Collectivum* & *Comprehensivum*, ut in יומם totus dies, Neh. IX. 19. & adverb. interdiu, מרם hominum multitudo, à מר pl. מרים homines, proprie in eadem societate & familia viventes, f) à rad. Arab. وس, (pro qua etiam dicunt وس, ه & و sic permutatis,) extendit, it. se socium junxit amico spec. mulieri, unde وس socius. Convenit وس extendit, it. propinquitatem inivit, unde Æthiop. وس sponsus, maritus. סלם scala, q. d. elationum comprehensio, h. e. multi radii supra radios elati, à סל ex-tollere &c. Longe amplioris usus sunt *Aucta* à fine per ן præcedente (ן) vel ם, raro (מ), semel (-), in Nominibus propriis etiam ן. Hæc à præcedentibus parum differunt: quod inde patet, 1.) quia ן alibi æque ac ם pluralitatis nota est, ut in formatione Plur. more Chald. in Pronominibus tam Separatis quam Affixis, & in Afformantibus Verborum; 2.) quia in Nominibus Propriis sæpiissime pro ם occurrit ן, vid. HILLER. *Onomast.* S. p. 175. & 176. Ut adeo frustra sint Grammatici veteriores, qui terminationem hanc voluerunt esse *Diminutivam*. Convenit scil.

f) Hinc מרי אהל Job. XXXI. 31. *socii tentorii*, h. e. domestici, in eodem tentorio habitantes, & מרי סור c. XIX. 19. *socii arcani* i. e. familiares, amici intimi.

g) Talia Nomina apud Græcos fere desinunt in α oxytonon, ut άνθρακιά carbonum strues, νεσσιά pullorum multitudo, πατριά familia paterna, πυγά lignorum strues, ρογus, στρατιά copia militum &c.

B

h) Quod

scil. hoc ¶ *Heemanticum* cum ם in sensu *Augmentativo* priore, quando est *Intensivum*. Intendit autem vel quoad *Qualitatem* vel quoad *Quantitatem*, eamque vel *Continuam* s. *Magnitudinem*, vel *Discretam*, h. e. *Multitudinem* & *Numerum*: ut ex sequentibus exemplis patebit. אֲבָרָן, אֲבָרָן & אֲבָרָן das gängliche Verderben, בֵּיתָן domus magna & egregia, palatium, sic בֵּיתָן adificium ingens, בֵּרְקָן genus fruticis in igne multum fulgurantis, rad. fulgurare. h) כִּבְשָׁן fornax ingens, vulgo אֲכַשׁ subigere, sed sensu nullo, potius ab Arab. قَبَسَ accendit ignem, permutatis כ & ק. פֶּן placentia major & eximia, in honorem idolorum coqui solita, Syr. مَحْبُور, אֲכַשׁ afflic, Chald. כִּבְשָׁן affavit. נֶפֶן flos eximius, אֲכַשׁ vel נֶפֶן flos. מַגְנָן Magnas, אֲכַשׁ Aramæis, magnus fuit. אֲכַשׁ i. princeps vel dominus magnus, אֲכַשׁ princeps, vel ab Arab. سَمَّ dominatus est, it. stridorem edidit, unde 2. axis rota, à multo stridore 1. Reg. VII. 30. licet (-) prius mutetur, quod etiam fit in אֲכַשׁ & aliis. קֶרְבֵּן possessio ampla, קֶרְבֵּן donum eximium, שֻׁלְחָן mensa major, eine Speistafel, que post cibum tollitur & removetur, rad. mittere, remittere, remove. אֲכַשׁ malum, damnum ingens, אֲכַשׁ rad. Arab. أَسَأ alias سَوَّى malefecit, afflixit. אֲכַשׁ cista major, area,

h) Quod si רֶחֶם non est juniperus, sed genista, nomen בֵּרְקָן nulli frutici magis convenit quam junipero, 1.) quia tam frutex quam baccae recentes igni admotæ revera fulgurant, 2.) quia propter aculeos idonea est ad cadendum, 3.) non est spina, quia à spinis diserte distinguitur Jud. II. 7, 16. neque tribulus, quia tribuli cum fulgure nihil habent similitudinis.

arca, in quam res colliguntur f. congregantur, à rad. Æthiop. **חָזַר**: collegit, congregavit. i) צִוּרִין optime Coccejus, collare, monile, idque eximium, procul dubio idem cum Arab. **سوار** plur. armilla, alias **سوارات**, **سوار**, f. **سوار**, armilla, monile, unde verbum **سار** in Conj. 2. induit illi armillas, à quo non abludit Hebr. **שָׁרָן**, quod Paraphrastes Chaldaeus tam Jud. VIII. 21. quam Jes. III. 18. per torquem reddit. Potest autem צִוּרִין derivari à צָר alias צָר ligare: unde etiam צִוּר collum, quod torquibus vel collaribus ligari solet. Eodem modo Chaldaei collum עֹנֶק, Arabes **عنق** vocant, à rad. עִנַּק cinxit, Æthiop. collo circumdedit torquem, Arab. in 4. Conj. collari cinxit canem. l) רְשִׁיּוֹן potestas plena, Vollmacht, à רָשָׁה Chald. & Samar. potuit, potestatem habuit &c. m) Devenio ad

i) In versione N. T. Æthiop. usurpatur pro Græco **συνάγωγα**, quæ significatio neque ab Hebr. **אָרָה** Cant. V. 1. & Psalm. LXXX. 13. abludit. Inde quoque descendit **אֲרוֹת** & **אֲרוֹת** (transpos. pro **אֲרוֹת**) congregationes, con- sociationes pecorum in eodem stabulo, de quibus suo loco, & Compos. **אֲרוֹת** cistula, arcula pro recondendis thesauris, ex **אָרָה** & **גֹּז** Syr. **gaza**, thesaurus.

l) Notabile est **א** in צִוּרִין, minimeque otiosum ratione significationis. Cum enim Collum hîc debeat esse *Obje- ctum Actus ligandi*, assumitur **א**, ne sit Formæ פֶּקֶד, quippe quæ à verbis Transitiuis ubique notat *Subiectum Actus intensi- ve* & frequenter agens, vel ipsum Actum illum, ejusve Effectum; nunquam Obiectum.

m) Hanc Formam *Augmentativam* etiam imitari videntur

ad *Aucta* per jod, præcedente (·), raro (-), n) quæ in genere *Pertinentiam rei ad rem*, (si ita loqui liceat,) five *Communicationem & Participationem* qualemcunque involvunt. o) Variant autem pro Primitivi sui significatione per octo circiter Classes: de quibus tamen plura hîc adducere supersedeo. In multis quoque jod illud mere est *Paragogicum*. Restant sola *Aucta à fine* per ך, præcedente (י.), י & ך, addo & (ך): quod ך nudam terminationem scem. constituit, adeoque significationi nihil superaddit. Neque ego plura jam superaddo, ne præsens Specimen ultra terminum constitutum excrescat.

In his enucleandis totus huc usque fui, cæteris interim minime neglectis, quæ ruditer quondam concepta in meliorem nunc redegi ordinem, maxime quod attinet Imperfecta, in quorum reductione ad Perfecta singularia me observasse, quæ universam grammaticam non parum illustrent, jam alibi monui. Unum hujus rei exemplum adduxisse sufficiat. Mirum est, in tanta Nominum *Segolatorum* copia

Græci, additâ terminatione *ων*, ut in *μεγιστων*, *Magnas*, *νεων* admodum juvenis, *πελεων*, avis rostro magno & acuto (instar securis, Græc. *πέλεκυς*) prædita &c.

n) Quale (-) videtur velle Primitivum plurale, ut in *לפני* à *לפנים*, sic in *כילי* vel *כלי* avarus, q. d. *mensurarius*, tanquam à plur. inusit. *כילים* *mensurationes, ponderationes*, rad. *כור* *mensuravit*, Arab. *ponderavit nummos*: quod avarorum proprium.

o) Fere ut Græcorum Adjectiva Denominativa in *νός* acutum, in *αῖος, εῖος, οῖος, ἰος, υῖος*, & Substantiva Denominativa in *της* barytonon, & in *εὺς*.

pia (numero circiter 670.) à Verbis Quiescentibus tertiâ rad. ה tantum quinque occurrere cum ה quiescente Formæ פִּקֵּר, duo dubia & forsitan vitiosa Formæ פִּקֵּר, nulum plane Formæ פִּקֵּר: cujus rei non alia suppetit ratio, quam quod (·) ultimum propter ה quiescens & toni absentiam syllabam ægre absolvat. Huic ergo incommodo varie occurritur. Aut enim 1.) additur terminatio scem. aut 2.) in quibusdam accentus contra morem ad ultimam videtur deductus, ut in חֹזֶה Jef. XXVIII. 15. & רֵאָה visio, ibid. W. 7. quo referri potest זֶרֶח ventilatio i. e. ventilatum c. xxx. 24. sic in Proprio מִשֶּׁח; 3.) ה cum præced. (·) per Apocopen abjicitur, ut in בֶּן pro בְּנֵה vel בְּנֵה, sicut in Verbis, eadem de causa, ut in רִכֵּל pro רִכְלָה; 4.) ה mutatur in א, ut in כֶּסֶּא pro כֶּסֶּה, vel in ו, ut in חָגוּ; 5.) idem ה abijt in jod, præcedente (·) cum accentu: unde vocalis penultima perit, (·) quidem necessario, (·) & Cholem ad analogiam, mutata, si (·) vel (·) fuerit, in (:), sub *Gutturalibus* in (-:) vel (-), si Cholem, in (-), etiam sub *Non-Gutturalibus*, (ad insinuandam vocalem originariam, sicut alibi, e. g. in שְׂבָלִים,) sed restituenda, quories ob pausam accentus retrogreditur. Sic ergo e. g. עֲנִי est pro עֲנֵה, רִפִּי pro רִפֶּה, פְּרִי pro פֶּרֶה, חָצִי pro חֶצֶה &c. unde retrocedente accentu ex עֲנִי fit עֲנִי, ex פְּרִי פְּרִי, ex חָצִי חָצִי, restituta ubique vocali originaria. Hinc tam in plur. quam in Affixione *Segolatorum* sequuntur leges, ut פְּתִים jod servato, & פְּתִימוֹ mutato ה in א, &c. quorum significationem quoque habent. Idem fit in Verbis יָחִי & יָחִי, pro יָחִי & יָחִי (Formæ Segolandæ יַעֲשֵׂה, יַחַד &c.) eorumque scem. & i. perf. pl. quæ retrogresso accentu similiter

se habent, ut יָחַד , יָחַד , sic תָּשִׁי , ab inusit. Arab. *سأ* *mærore affectit*, in 4. Conj. *dereliquit*, vel *سها* *oblitus fuit*, *neglexit*. Obiter quoque hic moneo, idem הָ quiesc. in fine Nominum nunquam occurrere cum י: p) Unde vexatissimum illud שִׁלָּה Gen. XLIX. 10. nequicquam à שָׁלָה deducitur. Post tot Virorum Doctissimorum explicationes afferam & ego de eo conjecturam meam. Multi tam Judæorum quam Christianorum Interpretū in eo consentiunt, שִׁלָּה esse *filium*, sed nullo firmo fundamento, ob originis obscuritatem. Putem igitur, שִׁלָּה commodè deduci posse à שָׁלָה, cujus significatio generalis est *extraxit*, sicut Arab. *سَلَا* & Græc. *σολάω*, (ut sit Formæ *שָׁלָה* pl. *שָׁלָה* q), vel à synonymo שָׁלָה, ut sit pro שָׁלָה, Formæ *שָׁלָה* à שָׁלָה, *lamina aurea* in fronte summi Pontificis, à *splendore*, rad. נָצַץ *micuit*, *splenduit*, conf. tamen Pl. CXXXII. 18. גִּישׁ Job. VII. 5. *squalor* ab Arab. *نجس* *impurus*, *spurcus fuit*, בִּיר Job. XXI. 20. idem cum Arab. *نكن* *infortunium*, rad. *durus fuit* &c. Hanc meam sententiam confirmo 1.) similibus S.S. phrasibus, quibus proles ex utero materno dicitur *extrahi*; 2.) Tar-

p) Nam בִּזְוָה Jef. XLIX. 7. commodè per Infinitivum exponitur, & Nomini אֲבִרָה Prov. XXVII. 20. subest lectio varians synonymi אֲבִרָה.

q) Neglecto *Dages f. Compensativo*, ut alibi, e.g. in צִוְלָה & צִוְלָה à צִוְלָה, שִׁוְלָה *fimbria*, *infima* & *latior futura*, à שִׁוְלָה Chald. *consuit crasso* & *rudi modo*, Arab. *levi* & *latiore futura consuit*, שִׁוְלָה *allium*, à *graveolentia*, rad. Arab. *شتم* *olfecit*; חָלָה Jer. XXII. 17. à רָצַץ, רָצַץ à חָלָה &c.

2.) Targumistis ac Talmudicis שליל & שלילא similiter est *embryo, fetus*; 3.) in lingua Arab. eadem de causa *fatus masculus* dicitur *سليم* à *سليم* extraxit, alias *سليم*. Succinit *سليم* produxit: genuit, unde *سليم* proles, progenies, filius &c. quæ Nomina plane eadem sunt cum Hebr. שליל r). Sed et hæc Speciminis loco dicta sunt.

Nihil superest, quam Officium, quod anniversaria hæc vicissitudo mihi injungit. Te itaque, VIR SUMME REVERENDE! primum appello, animo pariter grato, quod laborem meum tam benigne accipere Tuoque patrocinio commendatum habere jam dudum dignatus fueris, & gratulabundo, quod novum hunc annum tam auspicato attingere divinâ Tibi contigerit gratiâ. Nihil magis in votis habeo, quam ut præsentis, imo & multorum subsequentium annorum ad Te superstitem redeat atque incolumem, וכתמר תפריח כארז בלבנון תשגה שתול בבית יהוה בחצרות אלהינו תפריח: עוד תנוב בשיבה רשן ורענן תהיה: להגיד כי ישר יהוה צורי ולא עולתה בו:

Tibi vero, VIR PLURIMUM REVERENDE! eandem Dei gratiam luculenter & ad admirationem usque experte! quid magis conveniat apprecari, quam Provinciam Tuam novam, felicem faustamque, auxilium Dei per omnia præfens,

r) Huc non incommode trahitur שליל Deut. XXVIII. 27. à שליל, quod in sensu *extrahendi* apud Aramæos usitatum est & ita quoque occurrit Job. XXVII. 8. Formis Verborum sic alternantibus, ut alibi sæpissime.

sens, corporis animique vigorem exoptatum, uno
 verbo, ætatem ad seros annos florentissimam. Sic ergo,
 VIRI vere φιλέσθαισι, Patroni summe colendi! una
 cum Nobilissimis vestris Familiis, in Ecclesiæ Reique
 publicæ atque literariæ emolumentum, valete, meisque
 studiis, ut facitis, porro favete. Scribebam Halæ
 Magdeburgicæ, sub initium anni novi
 MDCCXXX.

